

periculis vitam obiecturum ; quæcumque ipsi adessent opes , 1537
 pecuniæ ; quidquid argenti , egregiæ suppellectilis , ea omnia pa-
 triæ lubenti animo offerre . Tandem gravi oratione ad ea ,
 quæ Urbinas Reipublicæ detulisset , amplectendâ , quibus op-
 portune uteretur , Senatum est cohortatus ; suasorque mox fe-
 rendi a Collegii Patribus decreti fuit , quo sancitum est , ut
 decem aureorum millibus coemptæ publico nomine ædes , Du-
 ci dono tribuerentur . Atque ut in belli sumptus pecunia sup-
 peteret , a magistratibus Reipublicæ debitores ad solvendum
 durius cogeantur : cum Pontifice actum ut ecclesiasticorum
 bonorum decumas vendi liceret : vectigal molendinarium ,
 sex singulos in sextarios assibus adjectis , ad decennium in
 urbe auctum .

*Pecunia a
 Senatu cõ-
 parata , ve-
 ctigalia im-
 posita .*

Finis Libri Quarti.